

## CAPVT XII.

Commissione manu Sanctissimi subscripta, impetrata contra aliquem cum clausula, (omnesque alios) an causa sit Ordinario remittenda, mortuo eo re integra, contra quem nominatim fuerit impetrata. Et quid contra successores eius re integra mortui, sub dicta clausula generali comprehensum

## SVMMARIVM.

Commissionis cum clausula (omnesque alios) etiam subscripte propria manu Sanctissimi dicitur, vtilissimum desiderare resolutionem in Senatu experimento cognouit Autor, mon. 1.  
 Conueniens virtute clausula (omnesque alios) mortuo re integra reo, contra quem nominatim fuit impetrata commissio, & insuper citati, solent recurrere ad Senatum pro litterarum retentione, eorum causa remissione Ordinario in prima instantia, qui sic Decretum obtinere debent, num. 2.  
 Iurisdictio ex commissione contra aliquem nominatum in ea, quando per eius mortem re integra expirat contra ceteros comprehensos sub clausula generali (omnesque alios) Doctores, & iura varia sunt, num. 3.  
 Clausula (omnesque alios) tribuit Delegato iurisdictioem contra quoslibet in commissione minime nominatos, num. 4.  
 Clausula (omnesque alios) virtute vltra expressio nominatos tres, vel quatuor alij damtaxat possunt etiam nominari, num. 5.  
 Et horum quatuor nomina virtute clausula generalis conuenientiorum exprimere tenetur impetrans in primo citatorio, num. 6.  
 Fraudibus ut occurratur, debet impetrans conuenientiorum virtute clausula generalis nomina expressis dare, num. 7.  
 Iurisdictio Delegati est suspensa, & in aere, donec nominatio conuenientiorum virtute clausula generalis fiat per impetrantem, num. 8.  
 Delegatus caret iurisdictioem, nec data videtur ante nominationem eorum, qui sunt in clausula generali comprehensus, num. 9.  
 Rescriptum corrumpit, mortuo comprehenso in clausula generali, antequam nominetur, num. 10.  
 Sub clausula generali (omnesque alios) qui nec citari, nec conueniri, nec in ea comprehensus dicantur, num. 11. remissum.  
 Comprehensio sub clausula generali, decedente re integra ante citationem expirat commissio, etiam manu Sanctissimi subscripta contra eiusdem successores, num. 12.  
 Textus in cap. significauit 36. de rescriptis singularis in proposito adducitur, num. 13. ubi multis DD. exornatur.  
 Commissio impetrata contra aliquem facta successorum, aut heredum expressio ad hos semper trahitur, num. 14.  
 Commissio impetrata contra dignitatem, vel Ecclesiam, etiam mortuo Prelato re integra contra Ecclesiam, & pro ea sustinetur, n. 15.  
 Commissio contra Prelatum etiam nomine propria

expresso extenditur ad successorem, mortuo illo re integra, in materia concernente Ecclesiam, aut dignitatem, num. 16.  
 Commissio super materia non transmissibili ad successores, vel heredes, indistincte expirat mortuo quocumque eo, contra quem fuit obtenta, num. 17.  
 Commissio non extenditur ad singularem successorem eius, contra quem fuit nominatim impetrata, num. 18.  
 Nisi in tribus casibus.  
 Primo nisi successor singularis scierit in vitium successerit, num. 19.  
 Secundo ubi auctor alienauit causa mutandi iudicium, num. 20.  
 Tertio quando contra singularem successorem noua alia emanauit commissio, num. 21.  
 Commissio ut valeat contra successores eius, expressis in ea nominati in casibus, in quibus aliis valeant ipsi conueniri, debuit impetrari viuente antecessore non aliter, num. 22.  
 Commissio contra aliquem nominatim impetrata, eoque decedente re integra, an expirat contra heredes uniuersales, a num. 23.  
 Et qui negatiuam opinionem sectentur, ibid.  
 Commissionem contra aliquem nominatim impetratam, eo decedente re integra, expirare ipso iure contra heredes, verius ostenditur, a num. 24.  
 Commissio expirat mortuo eo contra quem impetratur, nisi prius fuerit citatus, ut heredes ex ea nequeant conueniri, num. 25.  
 Commissio expirat etiam contra heredes eius, contra quem impetratur, mortuo ante citationem, vel intra terminum datum in ea comprehendum, num. 26.  
 Commissio contra Prelatum re integra mortuo, non expirat, sed contra successorem in dignitate exercetur, num. 27.  
 Alexander Moneta hoc articulo declaratur, n. 28.  
 Successor, vel heres, ut conueniri queat coram iudice defuncti, & non suo, requiritur, quod iudicium contra defunctum fuerit per citationem praeventum, num. 29.  
 Instantia inchoata cum defuncto per citationem continuatur in heredem, aut successorem, num. 30.  
 Clericus heres laici non conuenitur coram iudice laico defuncti, cum quo causa non fuit capta, num. 31.  
 Clericus heres laici conuenitur coram iudice laico defuncti, prauenta iam causa cum isto, & in Clericum transit instantia, & iudicium caputum actiue, & passive, num. 32.  
 Laicus heres Clerici ligatur eadem instantia capta contra Clericum coram iudice Ecclesiastico, num. 33.  
 Commissio contra heredes perpetuatur, quando defunctus fuerat citatus, licet lis nondum fuerit contestata ante eius mortem, num. 34.  
 Instantia ut transeat contra heredes, aut successores, sufficit, ut fuerit capta per citationem solam contra defunctum, num. 35.  
 Abbas doctrina conuincitur, supponens commissionem ex impetratione durare contra heredes in commissione nominati mortui tamen re integra, num. 36.  
 Ante iurisdictioem exercitum, nempè per citationem, nec rescriptum perpetuatur, nec iurisdictio prauenta dicitur, num. 37.  
 Commissio contra aliquem nominatim non trahitur ad

ad eius heredes, aut successores uniuersales decedente Autore, re integra, hoc est, ante citationem, num. 38.  
 Per commissionem praesentationem solam iudici, nec iurisdictio dicitur praesentata, nec res definit esse integra, num. 39.  
 Commissionis praesentatio habet vim libelli in summaris, scilicet in Ordinariis, num. 40.  
 Per solam impetrationem commissionis à Principe, annales actiones, & interdicta perpetuantur contra heredes eius, contra quem impetratur, n. 41.  
 Commissio subscripta manu Sanctissimi, quae durat contra heredes, & successores eius, contra quem nominatim fuit impetrata, etiam mortuorum, re integra, non retinetur in Senatu, sed parti traditur, ut coram Delegato suo ea utatur in prima instantia, num. 42. & 43.  
 Commissio re integra mortuo eo (contra quem impetratur) cum expirat contra eius heredes, vel eius, qui sub clausula generali (omnesque alios) comprehensus poterat conueniri etiam subscripta manu Sanctissimi, retinetur in Senatu, & causa hereditaria in prima instantia remittitur Ordinario, num. 44.  
 Commissionem principali resoluta, ipso iure resolvitur simul qualitas subscriptionis in ea contenta, num. 45.  
 Non entis nullae sunt qualitates, nec qualitas potest subsistere sine subiecto, ibid.  
 Commissionem principali deficiente, aut resoluta resolvitur simul omnes clausulae, & cetera qualitates ab ea dependentes, num. 46.  
 Commissionem re integra semel resoluta, etiam subscripta manu Papa contra heredes, noua alia est necessaria pariter subscripta, ut heredes coram Delegato conueniantur, num. 47.  
 Alias Senatus eorum causam remittit Ordinario in prima instantia, ibid. & num. seqq.  
 Commissio si in causa subintrare non apparet, nec clausula (sublata) in ea appropria operatur, num. 48.  
 Subscriptio manus propria, qualitas est commissionem in formam, huic accessoria, cuius naturam resolutionem simul sequitur, num. 49.  
 Clausula (irritans) nihil operatur, si principalis dispositio casum non percutit, num. 50.  
 Contra eum, cuius ratione forum quae foritur sublato, forum etiam sublatus intelligitur, n. 51.  
 Ordinarius iurisdictio est naturalis, & favorabilis, num. 52.  
 Commissionis impedimento subscriptionis sublato, iurisdictio de facili reuertitur ad suam naturam, num. 53.  
 Per impedimenti hominis remotionem, statim & ipso iure subintrat iuris dispositio, ibid.  
 Auocatione iurisdictioem ordinaria cessante, statim, & ipso iure illam Ordinarius recuperat, n. 54.  
 Resurrectionis impedimento accidentaliter sublato, Ordinarius etiam ignorans, ipso iure recuperat suam liberam potestatem, & iurisdictioem, num. 55.  
 Homo ligatus manibus ab aliquo dissolutus, si scribat, non dissoluentis ministerio, sed ex se ipso facit, num. 56.  
 Auocatio subscripta, licet in prima instantia liget manus Ordinarii, ea sublata ipso iure iurisdictio consolidatur cum naturali Ordinarii ministerio iuris communis, num. 57.  
 Instantia capta cum defuncto virtute commissionis subscripta manu Sanctissimi continuatur in

heredem coram Delegato, num. 58.  
 Liti capte cum defuncto si est remittatum. alicuius Delegati, & Ordinarii contra heredem recuperat iurisdictioem in prima instantia, cum res reddatur integra, num. 59.  
 Instantia capta cum defuncto, & precepta acta ordinaria iudicij perent, ac si liti capta non fuisset, num. 60.  
 Instantia precepta iudicij extinguuntur iurisdictio, num. 61.  
 Instantia precepta Index amplius Index non dicitur, sed priuata persona, num. 62.  
 De iurisdictioem sublata instantia precepta plura remittunt, num. 63.  
 Instantia defuncti precepta coram Delegato, causa cum herede reddatur integra, quae cum reddatur ad priorem statum, & principium peruenit ad Ordinarium in prima instantia per Senatum remittenda, num. 64.  
 Liti capta cum defuncto ex commissione subscripta si nulla sit iurisdictio in heredem, Delegatus non preuenit, qui noniter conueniendus erit coram suo Iudice Ordinario, nam. 65. & sequentibus.  
 Impedimentum non praestat, quod de iure non foritur effectum, num. 66.  
 Citatio nulla non inducit liti pendenciam, n. 67.  
 Iudicium capium non mutatur per privilegium sapientiam, num. 68.  
 Citationem nulliter procedente per privilegium noniter sapientiam mutatur forum, ubi de iure reus debet conueniri, num. 69.  
 Per actum nullum precedentem res non definit esse integra, num. 70.  
 Res resoluta & nulla reddi actum ad suum priorem statum, ac si gestum nihil fuerit, n. 71.  
 Si Delegatus ex commissione subscripta, velit prosequi licet nullam capiam cum defuncto contra heredem, Senatus renouit causam Ordinario, num. 72.  
 Commissio iactationis subscripta, an sit retinenda in Senatu ad preces eius, qui alias comprehensus sub clausula (omnesque alij) citatur à Delegato, num. 73.  
 Curiales actum ad mouendum Sanctissimum, ut commissionem subscribat, & subterfugendam Regis vigilantiam in protectione T. id. sepe videntur causa iactationis aduersary, num. 74.  
 Dolendum de Curialium conscientis affectantium iactationis causam, ut miserissimi litigantes à suis domiciliis extrahantur, num. 75.  
 Commissio iactationis uti à iure exorbitant, parit, & Ordinario prauidualis recipit restrictionem, ita ut ultra personam iactantem in ea nominatum expressam non extendatur, n. 76.  
 In commissione iactationis non permittitur apponi clausulam (omnesque alios) imo deletur, quia contra incerto denegatur, num. 77.  
 Impetrans ante omnia tenetur probare iactationem tanquam fundamentum contra iactantem nominatum, num. 78.  
 Qualitas, qua fundatur iurisdictio, ante omnia debet probari, num. 79.  
 Commissio limitata ad certas qualitates, aut personas ultra non extenditur, num. 80.  
 Delegatus ex commissione iactationis subscripta non acquirit iurisdictioem, nisi in iactantem nominatum, qui si alios ex clausula (omnesque alios) citet, Senatus horum causam Ordinario renouit, num. 81.

Subscriptio qualitas regularis à viribus commissionis, cui apponitur, num. 81.  
 Auditor Rota, cui commissio iactationis in prima instantia datur, cum ex clausula (omnesque) non adquirat iurisdictionem ultra principalem nominatum iactantem, nequit in monitorialibus ad partes missis eam apponere, num. 83.  
 Potestas Delegati dependet, & regularis à potestate delegati, num. 84.  
 Iurisdictione Delegati, expeditis ad partes monitorialibus contra nominatum in commissione, expirat isto interim mortuo, nec contra heredes exercetur, num. 85.  
 Delegatus iurisdictione resoluta, resolvitur etiam Delegatus integra, qui nulliter postea procedit, num. 86.  
 Monitorialium, aut compulsorium iudicium in partibus dati iurisdictione, & commissio finitur cessante iurisdictione delegatis in Romana Curia, num. 87.  
 Insecta primitiva, insecta censetur derivativa, num. 89.  
 Commissio, cuius virtute quis citatur, ut compareat intra certum terminum, intra quem decedit, extinguitur, num. 89.

**E**XPERIMENTO non semel cognovimus, quam utilis sit dubij istius vera resolutio, & cum frequentissime soleant rescripta impetrari à Sede Apostolica contra aliquem specialiter nominatum, addita insuper clausula generali (omnesque alios sua interesse putantes) servata in his commissionibus forma sacrosancti Concilij Tridentini, session. 14. de reformatione, cap. 10. causa omnes, ut veniant subscripte manu propria Sanctissimi. Tamen, re integra, (nempe ante citationem nominati) si iste mortuus, & contendere solent eius successores, aut heredes, vel etiam alij qui virtute dictæ clausulæ generalis (& omnes alij) poterant conveniri & citari) eorum causam remittendam esse ad Ordinarium, mori quidem, & rectè, eò quòd Delegatus iurisdictione hoc casu expiraverit contra illos, & commissionis potestas resoluta fuerit per mortem, re integra, cuius virtute cum iam Delegatus nequeat procedere contra eosdem, nova sit alia necessaria commissio propria eidem manu Sanctissimi subscripta, cum hæc, cum suis clausulis, & subscriptionis qualitate expiraverit; atque ideo impedimento sublato & avocatione, illæ remanent prima instantia Ordinarij, ad quem per Senatum Supremum omnimodo illorum causa remittenda erit iuxta dict. Concil. Tridentini. Decretum. Quod quidem verissimum est de iure, ut latius in discursu huius cap. monstrabimus; sed quia (quando per mortem eius re integra contra quem specialiter & nominatum rescriptum huiusmodi fuit impetratum, expirat potestas, & Delegatus iurisdictione, sine contra alios comprehensos in dicta clausula generali) Doctores varia sententur necnon, & inter iura ipsa aliqua repugnantia videtur apparere; per conclusiones erit procedendum. Ante quas tamen, & ad veriorem declarationem earundem supponenda erit, & natura, & vigor huius clausulæ generalis (omnesque alios sua interesse putantes) que quidem quando est

apposita in commissione dat iurisdictionem Delegato contra quoscumque interesse putantes, ita per eam possunt citari alij, & conveniri, licet non sint in eadem commissione nominati, probant Abb. in cap. veniens, el. 1. num. 8. de testament. Mohedanus decif. 5. de iudicij. Puteus decif. 24. de iudicij, & in corpore decif. 196. alias 190. in correctis lib. 1. Marta de clausulis, 4. part. clausul. 79. in prima impressione, aliis clausul. 86. impressione vltima. Ioannes à Cochier, in regula Chancellerie ad regul. de annali possessione, num. 38. Barbosa de clausulis, 94. num. 2. Fabius decif. 15. lib. 1. Achilles decif. vltima, de rescriptis, & fuit dictum in Tolotana Paroch. de Husea s. May 1595. coram Pamphilio & in Bracharensi beneficij, 3. Martij 1603. coram Gregorio XV. quæ inter eius decisiones impressa est. decif. 94. & apud Fatinaicum decif. 81. num. 2. part. 2. recentior, quas citat Barbosa dicto num. 2. & fuisse etiam dictam in causa Syracusana quartæ, 16. Nouembris 1588. coram Committolo, & in causa Bonominj de Peticolo. 22. Martij 1574. & 14. Decembris 1576. coram Roberto, & in Zamorensi. Parochialis 14. Iunij 1593. Gyptio. testatur Marta vbi proximè. Et huius clausulæ vigore tres, & vel quatuor duntaxat alios ultra expresse nominatos citari, conveniri, & nominati posse, firmat text. in cap. cum multis, de rescriptis lib. 6. ex illa ratione, quam ipse text. ponderat, vt scilicet infinitas reptobetur. Barbosa in clausula 94. num. 6. Moneta de commutation. vltim. voluntatum, cap. 6. num. 367. vbi dicit, quod quatuor horum nomina in primo citatorio exprimeret teneri impetrans; & hanc text. rationem multis exornant Vitalinus de Camban. in tractat. de clausul. pagin. 56. num. 3. Elcebat de ratiocinijs, cap. 18. num. 4. Stephanus Gratianus de separation. forensibus, tom. 3. cap. 600. num. 30. Caldas Pereira de potestat. eligen. cap. 3. num. 18. Valasco consulat. 51. num. 29. & de partit. cap. 9. num. 50. & 51. Et vt fraudibus occurratur; debet impetrans rescriptum, illorum & nomina expresse specificare, ita Veltius in praxi lib. 4. cap. 2. num. 2. Rota decif. 18. num. 2. de dolo & conuen. in nouis. Abb. in cap. Pastoralis. §. quoniam autem, num. 4. de rescriptis. In tantum, quod ante horum citationem debeat fieri hæc nominatio, & specificatio conueniendorum virtute clausulæ generalis prefata, nec iudex antea contra eos habeat iurisdictionem, qua interim est in aëre, & incerta, docet Felinus in dict. §. quoniam autem, sequitur Barbosa de clausulis, clausul. 94. num. 7. Marchesanus de commissionibus, l. part. pag. 207. num. 121. Quia iste iudex Delegatus videtur datus contra comprehensum & sub clausula generali, & conueniendum eo tempore, quo exprimitur, & nominatur expresse ab impetrante, ita vt antea iudex non habeat iurisdictionem in adhuc non expresse, cap. Pastoralis, §. r. iust. §. sequens. de rescriptis; vnde tunc merito coarctat rescriptum quoad hunc, & qui decessit, antequam exprimeretur, vt rectè dicitur Moneta de commutation. vltim. volunt. cap. 8. sub num. 305. ante finem. Quæ autem personæ possint dicte clausulæ generalis nullatenus possint citari, & nec conveniri, nec sub ea comprehensæ intelligantur, vide

vide Monetam commutationib. vltimè voluntat. cap. 6. à num. 362. & melius per Barbofam clausul. 94. à num. 8. cum sequentibus. His suppositis prima erit conclusio firmanda in hac materia. ¶ Commissio manu Sanctissimi subscripta contra vnum specialiter impetrata eum clausula generali (omnesque alios) si sic nominandas, & conueniendus comprehensus sub hac clausula generali decesserit re integra, (hoc est ante citationem sibi factam) expirat ipso iure, & resoluitur iurisdictione, ac si impetratum non fuerit, ad eò vt præmortui successores eiusdem commissionis virtute conueniri nequeat. Quæ conclusio probatur ex textu expresse in cap. significauit, 36. de rescriptis, vbi si conueniendus per clausulam generalem (& quidam alij) cum viueret tempore impetrationis rescripti iustitiam, & non fuerit ante mortem citatus, non poterit per illadmet rescriptum conueniri successores eius, cum iurisdictione quoad ipsum expirauerit, qui quidem text. mirabilis in hæc inquit: Significauit & nobis Comitissa Nauerensis, quod cum mortuo Comite fratre suo ipsa in eius successerit Comitatu. G. & B. per quasdam litteras Apostolicas contra Thusem. Episcopum, & quosdam alios Clericos, & laicos impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obtenta fuerant) super quadam summa pecunie, quam eidem fratri suo se mortuo dicebant, per illam generalem clausulam, quidam alij (quia in predicto Comitatu successerant) conueniunt. Excipiente itaque Procuratore suo, quod cum adhuc frater eiusdem mulieris viueret, quando eodem littera impetrata fuerunt, nec per ipsum dum viueret, fuerat ad iudicium euocatus, eam autoritate non poterat conueniri, & quia indices exceptionem non admitterent ipsius, non frater audiendam appellauit; & infra, ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, &c. Quem text. ita intelligendum Glossa 1. & 2. ibidem, communiter omnes Doctores tenent Ioann. Andrea in cap. is qui, num. 7. de Regul. iuris, lib. 6. & ibi Philippus Franchus num. 3. Abb. in dict. cap. significauit, num. 4. vbi Innocentius, & alij, & Caldericus num. 4. & alij plures Doctores citati per Ioannem Petrum Monetam in tract. de Conseruatoribus, cap. 10. num. 295. & ipse Moneta iterum in tract. de commutat. vltimar. volunt. cap. 8. num. 305. & sub num. 305. quibus firmat locis, ita intelligendam Glossam, & alios in cap. licet, de officio Delegati, dum absolute afferunt, morte litigatoris expirare iurisdictionem iudicis, & prefatam conclusionem, quod per mortem naturalem illius, contra quem rescriptum iustitia generaliter impetratur, hoc est comprehensum sub clausula generali, re integra expirat iurisdictione, probat Viuianus in tract. de iure patronatus, 3. part. lib. 4. cap. 3. à num. 145. Secunda sit conclusio, quando in rescripto contra aliquem impetrato, & similiter sit mentio de successore, aut herede; planum est, aie Franchus post Ioannem And. vbi proximè: quod extendatur ad successorem, & latius per Monetam dict. cap. 8. num. 305. in principio. Tertia sit conclusio, si rescriptum impetratur contra dignitatem, & vel Ecclesiam, vel pro ea, tunc enim etiam si Prælati eiusdem moriantur re integra (cum Ecclesia, vel dignitas nunquam moriatur) potest dignitas vel Ecclesia conueniri vigore dictæ clausulæ generalis, vt

probant, Glossa Innoc. Compofellana, Abb. & alij in dict. cap. significauit, de rescriptis. Philippus Franchus, & Ioannes Andreas in dict. regul. is qui, 15. in mercurial. & in nouel. Moneta de Conseruatoribus, cap. 10. num. 296. & post in dicto tract. de commutationibus, dict. cap. num. 305. in fin. qui num. 306. idem extendit, & quando conueniendus erat expresse in rescripto impetrato in materia concernente dignitatem, vel Ecclesiam, licet nomen Prælati fuerit expressum, quia extenditur ad successorem in dignitate, vel Ecclesia: quo casu, dicit proprie loqui text. in cap. dilecti filij, de foro competent. vbi Glossa 1. ab alijs recepta id annotauit, necnon eadem Glossa in dict. cap. significauit verbo viueret, & ibi Abb. num. 6. Ioannes Andreas in dict. cap. is qui, num. 7. & Philippus Franchus num. 3. Quarta erit conclusio, si materia, super qua impetratur rescriptum, & non est transmissibilis, seu extensibilis ad successorem, vt in beneficijs, iuxta cap. ex transmissis, de rescriptis. Presbyterorum, in vltima, l. si cui in annuo. ff. quibus modis usufructus amittat, cum similibus, vel de positione ab ordine, aut beneficio ob aliquod delictum. Et tunc rescriptum, & eius iurisdictione expirat per mortem aduersarij, nulla facta distinctione, an res sit integra, vel non, l. si decesserit. ff. qui satisfaciare cogam. item argumento cap. quorundam, 23. distinctione. & l. i. §. 2. C. si rem, vel accusator mortuus fuerit. Et sic dum agitur de impetratione beneficij, aut pena imponenda, quod & omnes probant citati Doctores, tenet quoque Apollitia ad Abbarem dict. cap. significauit, verbo, heredes viueret salem. Moneta de commutat. vltimar. voluntat. cap. 8. num. 304. & in tract. de conseruator. cap. 10. num. 298. ad fin. & probant Innocent. in cap. gratum, de officio Delegati. Abb. Cardinal. & alij in dict. cap. significauit. Philippus Franchus, & Ioannes Andreas in cap. is qui, de regulis iuris, in 6. qui duo vltimi ita intelligunt text. in dict. l. si decesserit. ff. qui satisfaciare cogantur. Quinta sit conclusio; ad successorem singularem eius, & contra quem nominatum impetrata fuit commissio; regulariter non extenditur ad eum successorem singularem in materia quæ non concernat dignitatem, sed personam, nisi in tribus casibus; primus erit, si successor singularis scierit successit in virtutum, & quo casu in expresse loquitur text. in cap. quia. V. de iudicij. Secundus, vbi auctor alienauit causa mutandi iudicij; & vt in cap. 1. de alienat. iud. mutandi causa facta. Tertius, quando contra singularem successorem emanauit secunda, & non iustitia, aut commissio, vt in dict. cap. quia. V. ita probant Abb. in dict. cap. significauit, de rescriptis n. 6. Ioannes Andreas in dict. cap. is qui, num. 8. & Franchus num. 3. Moneta de Conseruator. cap. 10. num. 298. & in tract. de commutation. cap. 8. sub num. 306. Et notandum erit, quod in casibus, & in quibus diximus, mortuo eo, contra quem impetratum est rescriptum, extendi ad successores: habet id locum, quando defunctus saltem viueret tempore dari rescripti, nec enim valet iudicis datio, cum non viueret tunc is, contra quem iudex datur, vt per text. in l. 2. ff. que sententia

rentia sine appellatione rescindenda, tradiderunt Abb. Franchus, & Ioannes Andreas, in locis supra relatis. Moneta de Conservatoribus dist. cap. 10. sub num. 298. & de commutat. dist. cap. 8. sub num. 305. in fine.

23 Sexta conclusio maiorem controverfiam recipit, & an reſcriptum impetratum contra aliquem nominatim, an iſto mortuo re integra, & ante aliquam intimata ſibi fuerit citatio; daret eius iurisdictione & potestas contra uniuersalem heredem & ſucceſſorem, ita ut iſte nequeat declinare, & petere remiſſionem ad ſuum iudicem, alijs competentem. In qua controverſia Abb. in dist. cap. ſignificauit de reſcriptis, num. 6. tenet, quod iurisdictione ex hoc reſcripto non expirat, ſed Delegatus poſſit contra heredem uniuersalem eius, contra quem ſpecialiter & nominatim fuit impetratum procedere, & exercere iurisdictionem, idque iudiſtincte procedere ſive re integra, ſive re non integra auctor deſceſſerit, & poſt Innocentium Egidium, Compoſtellanum, Franchum, & Ioannem Andream, ut veritorem reſoluit opinionem Moneta de commutation. vltimar. voluntat. cap. 8. sub num. 306.

Sed contraria ſententia longe de iure verior, & probabilior eſt, ut ſcilicet tunc reſcriptum impetratum contra aliquem nominatim, ſi decedat re integra, expirat ipſo iure, ac Iudicis Delegati reſoluitur iurisdictione, ita ut contra heredem uniuersalem nequeat procedere & citare, ut ſecus ſit, ſi reſcriptum, & iurisdictione ſit perpetua per citationem intimatam deſuncto, ut reſcitur probant plures Doctores citati, & ſequitur ab Apoſt. ad eundem Abb. in dist. cap. ſignificauit, verbo, heredem uniuersalem, hanc etiam opinionem tenet in terminis Marchelanus de commiſſion. tit. de commiſſion. in particulari. 1. part. cap. 3. num. 165. & ſequitur fol. 166.

25 vbi dicit, quod commiſſio illius contra quem eſt impetrata, expirat, & pariter iurisdictione, niſi prius ante mortem fuerit citatus, ita ut etiam nec contra heredes, aut uniuersales ſucceſſores procedat, aut reuincat talis commiſſio, quod repetit ipſe Marchelanus in eodem cap. 3. num. 73. & 74. fol. 158. poſt Felinum in cap. quia. G. num. 1. de iudicijs, & iterum Marchelanus inſcripte in 1. part. cap. 7. de commiſſionib. appellat. in cauſa beneficii. a num. 47. fol. 285. & poſt Innocent. Signoro, & alios probat iſdem Cardinal. Domin. Tuſchus practice. conſul. littera R. conſul. 213. num. 13. vbi ita mirabiliter extendit, ut reſcriptum contra A. non habeat locum contra eius heredes, & ſi A. deſceſſerit re integra, & dicitur (inquit ipſe) re integra de cedere etiam ſi eſſet citatus ad certum terminum, & mortuus fuerit ante terminum.

27 Et Gloſſa in cap. ſignificauit. Philippus Franchus, & Ioannes Andreas in regula ſi qui de regul. iur. in 6. pro contraria parte citati, eam reſtringunt opinionem, & intelligunt; vbi nomine dignitatis, aut Eccleſie iſ contra quem eſt impetratum reſcriptum, ſi conueniendus, ut hoc mortuo re integra, vel non integra ad ſucceſſorem in dignitate, aut Eccleſiam (quæ nunquam moritur) extendatur commiſſio, ut latius admiſimus, & probauimus ſuperius in conſuſione 3. & ſic tantum abeſt, quod poſſint pro contraria parte allegari, ut potius noſtram confirmet à ratione eſſante.

Imò & Moneta ipſe in tract. de Conservatori-

bus, cap. 10. sub num. 299. ſi poſtquam contrariam opinionem reſoluit, & nonnulla iura pro ea voluit concordare; tandem reſoluit, ea iura & opinionem eſſe intelligendam, ut tunc hæres conueniatur coram iudice, coram quo poterat deſunctus, ut procedat in aliquo ex iſs caſibus, quos antea reſoluit, aſſerens in eis poſſe conueniri ſucceſſorem, de quibus Nos in conſuſionibus antecedentibus, & inter alios caſus proximum antecedentem recenſerat ipſe, nempe quando res non ſit integra, ut tunc ſucceſſor vigore commiſſionis contra deſunctum impetrata poſſit conueniri, & citari.

29 Et vltimus contrariam opinionem ſectantes inuincibili iuris & fundamento conuincunt, nam ut hæres & ſucceſſor conueniri poſſit coram iudice non ſuo, ſed eo, coram quo deſunctus conueniri poterat: neceſſe eſt, ut iudicium ſit præuentum cum deſuncto, atque in vita ſua fuiſſet citatus, ita ut ſi à Iudice deſuncti non fuerit in eius vita, & in perſona deſuncti præuenta iurisdictione; hæres non coram eo, ſed coram ſuo iudice conueniendus erit, ſi conſtante. ſ. ſin. ſoluto matrimon. l. heres abſens, & ibi Iacobinus num. 7. ff. de iudicijs, l. ſi qui Roma. ff. eodem tit. l. ſi petitor, 31. ff. eodem, qui probat quod tunc & iſtantia inchoata per citationem (ut ſtatim dicimus) cum deſuncto, actiue, & paſſiue tranſit in heredem & ſucceſſorem, non aliter; Aleſtius conſul. 22. num. 1. tom. 2. lib. 6. Peregrinus in tractat. de iure ſſici, lib. 5. num. 65. Salicetus in l. litigator. num. 3. ff. de fructibus. Vincentius de Anna allegat. 14. num. 1. Petrus Sordus deciſ. 110. num. 4. Iacobus de Graſſis de effectibus Clerici. effectus 1. num. 248. Antonius de Matheatis in tractatu de prorog. iuris, num. 68. & poſt Molinam, & alios Noſde Regia proteſtatione, 4. part. cap. 8. à num. 302. & 303. & 308. Petrus Boſſa in l. heres abſens. 19. in princip. à n. 13. ff. de iudicijs. Couarr. pract. c. 8. n. 3. in fin.

31 Hoc etiam probat magna iſta Doctorem cauetur, & qui à præſata doctrina ſumperunt fundamentum, ut Clericus hæres laici non conueniatur coram iudice deſuncti pro rebus ad hereditatem pertinentibus, ſi cauſa non fuerit cepta cum deſuncto laico, pro ut infinitos penè Doctores ad id congeſſit Iacobus de Graſſis de effectibus Clerici. effectus 1. à num. 278.

32 At quando contra deſunctum lis cepta fuerit, & per citationem præuenta iurisdictione à iudice deſuncti laici, in ejuſdem heredem Clericum tranſit iſtantia, & iudicium ceptum actiue, & paſſiue, ita ut reſiſſio ad ſuum iudicem omnino ceſſet, ita probat Paulus de Caſtro in dicta l. heres abſens. §. v. num. 3. ff. de iudicijs. Barboſa in cap. quia. V. de iudicijs, num. 17. Cagnolus in l. 2. num. 174. Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem, qui de communi teſtatur. Boerius deciſ. 69. num. 32. Alexander in addition. ad Barol. in Authentice. & conſequentes, num. 19. Cod. de ſentent. & interloc. Guillelmus Benedictus in repetitione, cap. Ratumini, in verbo, uxorem, in 2. deciſ. num. 124. de teſtament. Roger. de Nuta in repetitione, l. 1. num. 61. de iudicijs. Antonius de Scappa in tractat. de iure ſcripto, lib. 1. cap. 16. num. 1. Anaſtaſius Germanus in tractatu de ſacrorum immunit. lib. 3. cap. 15. num. 56. Addit. ad Arctianum, in §. item mortis eſt, num. 46. in littera A. inſcript. de exceptionibus. Villalobos commun. opinionum, in littera

33 tera C. num. 77. Hieronymus de Zeuallos commun. contra commun. quaſt. 36. num. 1. & 10. vbi dicit veritorem de iure. Camil. de Curte in diuerſor. iur. ſeud part. 2. cap. 2. num. 142. Anguiſſo conſul. 59. num. 1. lib. 2. Camill. Borrellus in addition. ad Bellugam, in ſpeculo Princip. rubric. 11. §. videndum, num. 4. littera A. verſ. Ad materiam tamen, folio 55. Antonius Maſſa Galles in tract. de obligatione, in forma Camera, part. 2. quaſt. 2. num. 3. & 4. Andreas Gaill. obſervatione 37. n. 8. lib. 1. Scaccia in tract. de iudicijs, cap. 1. num. 11. num. 23. in fin. Couarruias lib. 1. practiarum quaſt. 1. cap. 8. num. 2. & 3. verſ. Hinc ergo, vbi allegat Immoſam in l. ſi cum hominem, de fideiſſoribus. Iaſſ. in Authent. quas actiones, num. 39. C. de ſacroſanct. Eccleſie. Paulum de Caſtro, Romanum, & Alexandrum in l. ſi conſtante §. ſi ſoluto matrimon. & ibidem Curtius Iunior in addit. ad Alexand. & Paul. de Caſtr. in d. l. heres abſens, in princip. ff. de iudicijs, & in verſ. Verum contraria, Ioannes Rota Alſinus in practice. quaſt. §. 2. cap. 10. num. 44. & num. 60. vbi latius probat, & dicit communem Auferius in tract. de poteſt. iudicis laici ſuper perſonis Eccleſiaſt. regula 2. ſillem. §. num. 6. Vinius in commun. opinion. verb. Clericus, n. 48. lib. 1. Siluanus conſul. 49. num. 45. Ferdinandus Valquez in tractatu de ſucceſſion. creatione, part. 1. lib. 7. §. 22. limitat. 17. num. 70. Barſatus conſul. 93. num. 42. lib. 1. vbi aſſerit, hanc communem eſſe. Purpuratus conſul. 83. num. 1. lib. 1. Ioannes Aloſius de Leo in Authent. caſſa. num. 10. C. de ſacroſanct. Eccleſie. Follet. ſuper conſtitut. Regni in tit. de Episcopis & Clericis, cap. item ſtatutum, num. 5. fol. 68. in add. ad Marantam, in pract. 4. part. diſtinct. 11. num. 74. Marcellus Cala. in tract. de modo articuland. & proband. §. gloſſa 1. num. 57. vbi alios allegat. Petrus Sordus deciſ. 110. num. 2. vbi magis de commun. & in conſul. 122. num. 16. lib. 2. Cenedus allegat Gaill. obſeruat. 37. num. 8. lib. 1. & latius fundat & proſequitur Carolus de Graſſis de effectibus Clericis. effectus 1. à num. 282. & ſeqq.

34 Sic etiam ex hac ratione & fundamento laicus hæres Clerici ligatur eadem iſtantia, & pariter tenetur proſequi iudicium ceptum contra ſuum Authorem coram iudice Eccleſiaſtico, cap. quia. V. de iudicijs. Aleſt. conſul. 22. num. 5. tom. 2. lib. 6. Graſſis vbi proxime n. 321.

Et erit aduertendum, quod ad hunc effectum, & ut commiſſio impetrata contra deſunctum habeat locum in ſucceſſore & heredem uniuersali, quando mortuus Author fuit re non integra, ut tunc dicatur reſ non eſſe integra: quando in vita fuit citatus, abſque eo quod ſit cum deſuncto lis conteſtata, quia per citationem ſolam perpetuatur, & præuenitur iurisdictione, iuxta iura & Doctores ſuperius hæctenus citatos, & eſt cap. gratum, & cap. relatum de officio Delegati, cum concordantibus; de quorum intellectu late agit Caſtellus controverſarum tom. 2. cap. 29. per rotum, & in noſtris terminis tenet Gloſſa vnica. Innocent. Abb. & alij Doctores in dicto cap. ſignificauit, de reſcriptis. Ioannes Andreas, & Philippus Franchus in cap. iſ qui, de regulis iuris, in 6 poſt Speculatorem in rit. de officio Delegati. §. reſtat, verſ. Item mortuo eo. Petrus Barboſa in l. heres abſens, num. 27. ff. de iudicijs. Borrellus conſul. 78. num. 21. Rebutus ad conſtitu-

tionem. Gallicus, tit. de citationibus, in præſatione, num. 17. D. Ioann. Baptiſt. Valençuela conſul. 32. num. 70. Guibacconſul. 59. num. 104. Ioannes Petrus Moneta in tractat. de Conservator. cap. 10. num. 299. contra Bartolom. Brixiens. (contrarium tenentem, ut requiratur ad hoc litris conteſtatio cum deſuncto) & ipſe Moneta in tract. de commutation. vltima, voluntat. cap. 8. sub numer. 305. Cardinalis Tuſchus practice. conſuſuſione R. conſul. 213. num. 13. & pro hoc facit text. in dict. cap. ſignificauit vbi: Nec per ipſos, dum vinceret, fuerat ad iudicium enocatus, de reſcriptis, & etiam text. in cap. propoſuiſti, 109. ibi: At re legitimè citatus ad cauſam, & ibi: Quasi ab illo iam præuentus, &c. de foro competent.

Et facit communis Doctorem opinio, quæ habet, & quod ad hoc ut hæres, & ſucceſſor ſi conueniatur coram iudice deſuncti, & in eum lis cepta, & iſtantia tranſeat actiue, & paſſiue ſufficit citationem deſuncti præciſe, non litris conteſtationem, ut ex l. ſi petitor, 31. de iudicijs, & cum Molina Noſ de Regia proteſtatione, 4. part. cap. 8. num. 302. & num. 303.

Ex quo falla redditur differentie ratio tradita per Abbatem & in dicto cap. ſignificauit, intel. 36 ligens illum text. in heredem, & ſucceſſore deſuncti conueniendi per clauiſam generalem dumtaxat, ut tunc re integra expirat commiſſio. At ſecus, quando in ea expreſſe nominatus decedat etiam re integra, ut eius hæres uniuersalis ex eadem commiſſione citetur, & conueniatur, quaſi (inquit ipſe) iurisdictione radicata fuerit, & præuenta contra ſuum Authorem, contra quem nominatim fuit impetrata, quod falſum eſt, & contra noſſima iuris principia, & Decreta Canonica, & Ciuilia. Cùm ante iurisdictionis exercitium, & reſcriptum iurisdictione, nempe per citationem non ſubſequatur nec perpetuetur, nec præuenta dicatur iurisdictione, ut probat text. in cap. quando 6. ibi: Cum iurisdictione (ex quo ipſa uſus non exiſtit) non ceſſatur in eum effecaciter tranſiſſiſſe de officio Delegati. lib. 6. & in cap. ſi Delegatus 7. ibi: Commiſſionem tibi negotium (dum tamen illo viuente iurisdictione uti caperis) liberè diſponere, &c. eodem tit. & lib. text. in cap. vltimo, de officio Legati in fin. ibi: Si ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit, & idem probat cap. relatum de officio Delegati, concordat lex 21. tit. 4. part. 3. & alia quam plura iura vltra ſuperius relata congerit Caſtellus controverſarum, tom. 2. capitul. 29. vbi per totum diſcretit & doctè reſoluit, aliterque ante citationem iurisdictionem Delegati, nec alterius Iudicis, nec præuentam, nec radicatam ceſſet.

Imò res non deſinit eſſe integra, nec lis introducta, & cepta per commiſſionem impetratam, & emanato atque à Iudice expedito decreto citationis, ante eius actualem executionem, Parſius conſul. 45. num. 3. lib. 4. Pater deciſ. 194. lib. 1. & per Rota decionem Caſtr. Argelius in tractatu de acquirenda poſſeſſion. quaſt. 18. art. 1. à nu. 15. vbi num. 16. rectè extendit, etiam ſi reus habeat noſſitiam commiſſionis impetratæ, & citationis contra ſe decreta, quæ tamen non fuit ſibi intimata, & eſt. Hinc executæ, ex Parſio conſul. 81. num. 13. lib. 4. & Rota in vna Albracenſ. poſſionis 17. Decembris 1574. coram Laurentano, & apud Scraphinum deciſ. 147. n. 2. & alias allegat deciſion. ipſe Argellius, num. 17. & plenè per Menoch. de arbitrarijs, cauſa 202. num. 8.

num. 8. Et quod lis non dicatur pendere, donec citationis decretum sit intimatum aduersario, tenet Rota decif. 6. *vt lite pendente in nouis. & decif. 1. num. 4. part. 2. Puteus decif. 427. lib. 1. & decif. 481. lib. 2. & decif. 362. lib. 3. Cassiodor. decif. num. 3. & 4. regula Chancery, abunde González gloss. 9. in annotationibus, num. 145. Marius Giurba in consil. 39. num. 66. Imò & Rota in vna Brachatenf. vt apud Alexandr. Ludouic. decif. 94. num. 2. Requirit post impetratam commissionem, citationem emanatam, intimatam, & executionem, & simul iterum eius reproductionem; & in alia Gerundina apud eundem Alexandrum Ludouic. decif. 27. num. 2. Sed hoc de reproductione citationis executæ, & intimatæ intelligi non requirit quoad præuentionem, & perpetuationem iurisdictionis, ex hæctenus abunde comprobatis; sed tantum quoad prosecutionem litis, & eius validitatem ex iis, quæ copiose cumulat Hieronym. González, §. 7. *proxiimali*, à num. 145. cum multis sequentibus, Lancelottus de attentatis 1. part. capitul. 4. in præfatione. à num. 113. cum sequentibus: quod non debeat fieri post longum tempus, Rota vt per Farinacium in posthumis tom. 1. decif. 137. num. 4. & 5.*

Et quod ad præuentionem iurisdictionis sit necessarium, quòd citatio actualiter executioni mandetur, ita vt non sufficiat decretum de citando; probatur in l. cum quadam in principio, ff. de iurisdic. omnium iudic. quoniam ante exequatam citationem lis non dicitur pendere Gregor. Lopez in l. 12. tit. 7. part. 3. per text. ibi: in gloss. 1. Marianus Socinus in cap. proposuisti, num. 17. & sequentibus, de foro competent. Decianus conf. 21. num. 3. Farinacius in præf. quest. 7. num. 56. Scaccia de iudicio, capitul. 12. ex num. 58. Afflictis decif. 19. num. 3. Mafcard. de probation. conclus. 1233. verbo, Præuentioni, num. 6. Marta de iurisdictione, part. 2. capitul. 3. ex num. 2. Franchis decif. 505. num. 15. Riccius collect. 1148. Mastrillus decif. 210. num. 1. Caudus decif. 142. num. 1. 4. & 6. p. 1. Zeballos de cognition. per viam violent. quest. 81. n. 6. & sequentibus, Giurba conf. 48. num. 38. & alij statim citandi.

Quæ doctrinam in nostro casu rectè procedit, etiam admittamus aliquorum distinctionem inter præuentionem iurisdictionis quoad effectum prælationis, vt hoc casu requiratur actualis executio citationis; & inter perpetuationem simplicem eiusdem iurisdictionis, vt ad hunc effectum decretum citationis expeditum sufficiat, quam constituunt, & explicat Marian. vbi proxime, num. 19. Decianus num. 7. Barbofa in l. si quis postea quam ex num. 27. & 32. cum sequentibus, ff. de iudicio, Scaccia num. 58. Farinacius num. 60. Marta de iurisdic. 2. part. dist. capitul. 3. ex num. 14. Pereira de manu Regia 2. cap. 57. num. 9. & post alios Carlebal. de iudicio, lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 7. num. 879. Eò quòd casus in quo versamur, comprehendatur sub primo distinctionis membro, cum agatur de prælatione iurisdictionis, & competentia inter Delegatum, & Ordinarium. Sed ego puto ex supradictis in vtroque distinctionis membro requiri actualem executionem citationis expeditæ.

Quare cessante hæc discriminis ratione per 38 Abbatem traditam cui nititur, venit assignanda firmissima conclusio, quòd rescriptum im-

peratum contra aliquem nominatum, non tractatur contra eius hæredem, & successorem vniuersalem, si defunctus conueniendus decesserit re integra, hoc est, non sibi intimata citatione ex hæctenus abunde comprobatis, pro qua doctrina venit esse expressus text. in cap. significauit de rescriptis.

Et quia commissio ipsa non solum non radicat iurisdictionem ante citationem, & atque 39 etiam nec per præsentationem ipsarum litterarum factam Iudici, nec tunc iurisdictione præuentione dicitur, nec res definit esse integra, vt rectè probant Mafcard. de probation. conclus. 1226. num. 11. Hieronymus González ad regulam 8. Chancel. §. 5. *proxiimali*, num. 101. Caldas Pereira de potestate eligendi, cap. 10. num. 15. Doctor Petrus Barbofa in l. si quis postea quam, num. 25. ff. de iudicio, Pater Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. disp. 28. num. 19. Augustinus Barbofa in collectanea ad cap. gratum 20. num. 6. de officio Delegati.

Sed nec habet vim libelli in iudicio ordinariis, licet in summariis sic; vt latè per Vantium de nullitate sentent. ex defectu processus, n. 19. & 20. Marchesanus de commissione in particulari 1. part. cap. 3. à num. 21. & sequentibus, tom. 3. folio 153.

Ac etiam in omni casu, certum est, quòd annales actiones, & interdita perpetuantur contra hæredem aduersarij, contra quem à Principe impetratum est rescriptum, & ex ipsa sola impetratione anni terminus consecratur, vt patet ex l. 1. & 4. Cod. quando libellus Principi datus, vbi notant Doctores & in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit, Moneta de commutation. vltimarum voluntat. cap. 8. num. 307. Non tamen quoad effectum perpetuandi iurisdictionem contra hæredem ante citationem defuncti ex hæctenus latius deductis, & comprobatis.

Ex omnibus igitur conclusiõibus verissimis aliæ duæ ad nostrum propositum deducendæ sunt per necessariam consequentiam.

Prima sit, quod in omnibus vt casibus, in quibus diximus, rescriptum impetratum contra aliquem, eo mortuo etiam re integra durare contra successorem, de quibus in 2. §. & 5. conclusionibus, vel etiam in aliis, in quibus; quando re non integra decessit is (contra quem generaliter, vel nominatim fuerit commissio impetrata) hæres & successor eiusdem commissionis virtute conueniri potest, de quo latè hæctenus dictum est: tunc si ipsa commissio fuerit expedita seruata forma Concilij Tridentini, §. 24. de reformatione. capitul. 20. nempe subscripta propria manu Sanctissimi ob vrgentem, & rationabilem causam, ac sic subscribendum morti, indubiè causa ipsa contra hæredem, & successorem tractanda erit coram Iudice delegato in prima instantia, quia tunc nullatenus offensa dici potest Ordinarij iurisdictioni, vt ex eodem Tridentin. decreto latius probauimus hac 2. p. capitul. 6. in 4. exceptione, à num. 14. cum multis sequentibus. Provt & pluries in his terminis consulti, atque idè iis in casibus Senatus hic Supremus nullatenus has causas remittit Ordinatio, cum eius prima instantia nullo modo percutiatur.

Secunda etiam conclusio, quæ ex superioribus & necessariò deducitur, ea erit quando ex 44 commissio impetrata, etiam specialiter & nominatim

nominatim contra aliquem, & etiam manu propria Sanctissimi subscripta mortuo eo re integra, contra quem vel generaliter (virtute clausule, & variatiõis subiecti, vt in simili clausula (irritans) probant latè Antonius Gabriel. 50 vt. de clausulis, conclus. 3. num. 54. versicul. Contrarium voluit, González in regula Chancery, glossa vltima, num. 55. vsque ad 64. Multis id ipsum exemplis, atque rationibus confirmat, bene etiam probat Ioannes Petrus Moneta in tractatu de conformator. capitul. 7. à num. 512. & bene conducunt quæ ipse à num. 611. cum sequentibus.

Et quia quando contractus (eius ratione alio loco potest quis conueniri, iuxta textum in l. bares absens, cum §. 1. & §. proinde, ff. de iudicio, cap. dilectio, de foro competent.) Et eius ratio sit sublata; in consequentiam sublatis etiam intelligitur forus, quem ratione contractus fortiebantur contrahentes, iuxta l. cum principalis, ff. de regulis iuris, & in specie Abb. in dist. cap. dilecti, num. 6. per text. ibi: Petrus Barbofa in dist. §. proinde, num. 26.

Deinde cum iurisdictione Ordinarij sit naturalis, & fauorabilis, Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis, & vnde, num. 24. Moneta de conservatoribus, cap. 7. num. 343. Imò cessante, & sublato prioris commissionis impedimento, res facile reuertitur ad suam naturam, iuxta regulam text. in l. si vnus, §. paltus ne pereret, ff. de paltis.

Et quia quando prima auocatio cause Pontificis à iurisdictione Ordinarij cessat sine per renuntiationem, siue alio modo; statim Ordinarius ipse vendicat, & recuperat suam iurisdictionem, vt probant Federicus de Senis in consil. 14. Felinus in cap. cum omnes, num. 8. de constitutionibus, Iasson. in dist. §. paltus ne pereret, num. 9. Augustinus Barbofa in collectanea, ad cap. cum tempore, sub num. 5. de arbitris. Quia per impedimentum hominis remotionem Velociter statim & ipso iure subintrat iuris dispositio, ita vt fingatur impedimentum retro non adfuisse plures Doctores relati à Castillo controuersarum, tom. 6. capitul. 143. §. vnico, num. 15. vers. Secundus casus est.

Et comprobatur ex eo, quoniam cum Episcopus habeat iure communi provisionem beneficiorum omnium suæ diocesis, si contingat Pontificis resuratio, & auocatio, statim quod tollatur tale impedimentum, provt morte Pontificis, Ordinarius ipse etiam ignotans recuperat suam iurisdictionem Ordinariam, quia obstaculo semel sublato, eius subintrat ipso iure potestas libera; Caputaquensis decif. 86. n. 3. lib. 1. Crescentius decif. 3. num. 4. de priuilegiis, Puteus decif. 462. in vna Corduben. num. 3. lib. 2. Gomezius in tractatu de expectatiõis, num. 10. & 21. in fin. Encas de Falconibus de reformation. 4. part. principal. effectum 11, num. 2. vers. Quartum, Gomezius in regula de beneficiis vacantibus per obitum famul. Cardin. quest. 10. per totam, Mandosil. super regula 32. gloss. 10. num. 2. & per totam, latè prosequitur González in regula de alternatiõis, §. 5. *proxiimali*, à num. 46. & supra.

Quod clario exemplo comprobatur adducto per Ioannem Monachum in cap. cum aliquibus sub num. 1. in fine. Ioannem Andream, num. 1. post medium, Archidiaconum, & alios de rescriptis, lib. 6. Cassiodorus decif. 8. num. 5. ante fin. de prebendis, & Gomezium in regula de non tollendo, quest. 16. post princip. Hieronymum

fui principalis, & huius commutabili alterationi, & variatiõis subiecti, vt in simili clausula (irritans) probant latè Antonius Gabriel. 50 vt. de clausulis, conclus. 3. num. 54. versicul. Contrarium voluit, González in regula Chancery, glossa vltima, num. 55. vsque ad 64. Multis id ipsum exemplis, atque rationibus confirmat, bene etiam probat Ioannes Petrus Moneta in tractatu de conformator. capitul. 7. à num. 512. & bene conducunt quæ ipse à num. 611. cum sequentibus.

Et quia quando contractus (eius ratione alio loco potest quis conueniri, iuxta textum in l. bares absens, cum §. 1. & §. proinde, ff. de iudicio, cap. dilectio, de foro competent.) Et eius ratio sit sublata; in consequentiam sublatis etiam intelligitur forus, quem ratione contractus fortiebantur contrahentes, iuxta l. cum principalis, ff. de regulis iuris, & in specie Abb. in dist. cap. dilecti, num. 6. per text. ibi: Petrus Barbofa in dist. §. proinde, num. 26.

Deinde cum iurisdictione Ordinarij sit naturalis, & fauorabilis, Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis, & vnde, num. 24. Moneta de conservatoribus, cap. 7. num. 343. Imò cessante, & sublato prioris commissionis impedimento, res facile reuertitur ad suam naturam, iuxta regulam text. in l. si vnus, §. paltus ne pereret, ff. de paltis.

Et quia quando prima auocatio cause Pontificis à iurisdictione Ordinarij cessat sine per renuntiationem, siue alio modo; statim Ordinarius ipse vendicat, & recuperat suam iurisdictionem, vt probant Federicus de Senis in consil. 14. Felinus in cap. cum omnes, num. 8. de constitutionibus, Iasson. in dist. §. paltus ne pereret, num. 9. Augustinus Barbofa in collectanea, ad cap. cum tempore, sub num. 5. de arbitris. Quia per impedimentum hominis remotionem Velociter statim & ipso iure subintrat iuris dispositio, ita vt fingatur impedimentum retro non adfuisse plures Doctores relati à Castillo controuersarum, tom. 6. capitul. 143. §. vnico, num. 15. vers. Secundus casus est.

Et comprobatur ex eo, quoniam cum Episcopus habeat iure communi provisionem beneficiorum omnium suæ diocesis, si contingat Pontificis resuratio, & auocatio, statim quod tollatur tale impedimentum, provt morte Pontificis, Ordinarius ipse etiam ignotans recuperat suam iurisdictionem Ordinariam, quia obstaculo semel sublato, eius subintrat ipso iure potestas libera; Caputaquensis decif. 86. n. 3. lib. 1. Crescentius decif. 3. num. 4. de priuilegiis, Puteus decif. 462. in vna Corduben. num. 3. lib. 2. Gomezius in tractatu de expectatiõis, num. 10. & 21. in fin. Encas de Falconibus de reformation. 4. part. principal. effectum 11, num. 2. vers. Quartum, Gomezius in regula de beneficiis vacantibus per obitum famul. Cardin. quest. 10. per totam, Mandosil. super regula 32. gloss. 10. num. 2. & per totam, latè prosequitur González in regula de alternatiõis, §. 5. *proxiimali*, à num. 46. & supra.

Quod clario exemplo comprobatur adducto per Ioannem Monachum in cap. cum aliquibus sub num. 1. in fine. Ioannem Andream, num. 1. post medium, Archidiaconum, & alios de rescriptis, lib. 6. Cassiodorus decif. 8. num. 5. ante fin. de prebendis, & Gomezium in regula de non tollendo, quest. 16. post princip. Hieronymum

Gonzalez vbi proximè, num. 124. & 127. de homine ligato pedibus, vel manibus. Nam si talis ab aliquo dissoluitur, & solutus sentit, vel ambulat, non per hoc dicitur, scribere, vel ambulare ministerio dissolventis, sed ille ex se ipso hoc facit, licet si dissolutus non fuisset minime ita operaretur: ita pariter in nostro casu; licet virtute f subscriptæ auocationis Papæ cuiusdam Delegato committat causam, pertinenciam de iure communi, & iurisdictione naturali ad Ordinarium in prima instantia, & hac auocatione durante ligatas habeat Ordinarius manus; tamen eo impedimento sublato, & auocatione integra resoluta ex supradictis; statim causa ipsa deuoluitur ad Ordinarium ipsum, & cum iurisdictione naturali consolidatur ipso iure, ministerio iuris communis.

Ex hac doctrina inferitur primò, quòd licet quando cum defuncto capta fuisset lis, & instantia virtute commissionis manu Sanctissimi subscripta, ita vt omnino heres teneatur coram eodem Iudice Delegato causam prosequi, nec possit petere eius remissionem ad suum Iudicem, vt hæcenus latissime fuit probatum.

Si tamen ipsi liti fuisset cessum f per partes, & renuntiatum, cum tunc acta ipsa coram Delegato gesta pereant, & lis habeatur pro non capta, statim Ordinarius recuperat suam iurisdictionem in prima instantia, coram quo heres omnino conueniendus erit: ita docent Balbus in tractatu de prescriptionibus 6. part. princip. in 3. particul. quest. 4. num. 45. Afinius in practica execution. §. 2. capitul. 15. num. 12. Lanfranchus Balbus in suis commun. conclusion. centur. 5. conclusion. 441. Horatius Carpanus super statutis Mediolanen. part. 1. cap. 21. num. 98. Grassis de effectibus Clericatus, effect. 1. num. 318. Quare cum res dicitur tunc integra, ad Ordinarium remittenda erit causa contra successores, & hæredem per Senatum.

Secundò inferitur; quod si lis f fuerit capta cum defuncto, si instantia esset precepta, cum tunc omnia acta Ordinaria Iudicij pereant, ac si lis nunquam fuisset capta, vt post plurimos Doctores probat Grassis de effectibus Clericatus, effect. 1. à num. 291. vbi latè de lingulis prosequitur, & specialiter à num. 296. quod precepta f instantia extinguatur Iudicis iurisdictione. l. fulta, §. si quis honorum, ff. Trebellian. Bald. in cap. 1. colonna penultima, si de inuestitura inter dominum, & vassallum, Ioannes de Amicis consil. 32. num. 9. Petrus Surdus consil. 160. num. 22. Et per consequens Iudex f non dicitur amplius Iudex, sed priuata persona, Baldus consil. 290. in fin. lib. 3. Crauera consil. 270. circa signem, lib. 2. Archer. Regiens. quest. 21. num. 13. lib. 3. Rolandus Cauagnol. in obseruatione ad decretum Monasteriat. decreta 8. §. 3. num. 3. fol. 127. in princip. part. latè Sebastianus Vantius in tractat. senent. tit. de nullitate ex defectu iurisdiction. n. 115. & num. 127. cum pluribus sequentibus, Menochius in tractatu de arbitraris Iudic. quest. 67. num. 17. Iosephus Ludovic. in Rota Lucens. decis. 43. num. 20. Horatius Carpanus super statut. Mediolanens. capitul. 21. num. 108. part. 1. Vbi numeris sequentibus ponit multa f de iurisdictione sublata instantia precepta. Quo casu cum precepta instantia, res & iurisdictione reddatur f ad non causam, & res reperitur integra, & reductatur

ad illum priorem statum, quo erant literæ, & rescriptum antè eius exercitum, & citationem emanatam, cum omnia resoluantur: subintrat iurisdictione Ordinarij in prima instantia contra hæredem defuncti de nouo conueniendum, ex hæcenus abundè probatis, ac per consequens eius causa Ordinatio per Senatum remittenda erit.

Tertiò inferitur ex præfacta doctrina, quòd si lis capta f cum defuncto virtute huius commissionis manu Sanctissimi subscriptæ ex aliquo capite sit nulla; non potest operari præuentionem iurisdictionis contra hæredem, nec eiusdem perpetuationem, quominus de nouo debeat conueniri coram suo Iudice competenti Ordinario in prima instantia, cum per nullitatem res non desinat esse integra. Quod quidem probatur, f quia quòd nullum est, nullum producit effectum, vt latissime Nos de Regia protection. 3. part. cap. 9. à principio. Nec præstat impedimentum, quòd de iure non fortitur effectum, ex iuris regula, Non præstat. de regulis iuris in 6.

Et quia, per citationem nullam f non inducitur litispendentia; Probis in addition. ad Ioannem Monachum in rubrica, vt litispendente in 6. Afflictis decision. 336. n. 14. & sequentibus, Decius consil. 460. num. 21. & sequentibus, Lancelotus de attentariis 2. part. capitul. 4. in præfatione, num. 94. & 95. & num. 99. Grassis de effectibus Clericatus, effect. 1. num. 229. & sequentibus. Nec perpetuatur iurisdictione ex citatione nulla; Grassis ibidem num. 312. Agidius decision. 699. Putcus decision. 2. Lancelotus vbi proximè num. 98. Nos de Regia protectione, dist. 3. part. capitul. 9. à num. 13. & 12. Vbi de hoc, & præcedenti alijs effectibus videbis, & quòd nullum præstat impedimentum actus nullus; ac si gestus non fuisset à principio.

Et insuper nam licet semel iudicium caputum f per superueniens priuilegium non mouetur, vt latissime per Matium Giurbam decis. 23. per totam. Tamen si nulliter reus citatus fuerit, f rectè mutare forum potest, & alterius effici iurisdictionis, vbi de iure præcisè conueniendus erit, Socinus in cap. penult. artic. 4. princip. 1. quest. Marcabrunus consil. 69. num. 89. Giurba dist. decis. 23. sub num. 6.

Et eo præcipuo fundamento hæc illatio, f atque etiam præcedentes mirè fulciuntur; quia per citationem, aut alium actum nullum præcedentem res non desinat esse integra, mirabilis est Rotæ decisio 57. num. 8. vt inter collectas per Viuanum de iure patronatus; probant insuper Patius consil. 98. num. 27. lib. 3. Lancelotus de attentariis 2. part. capitul. 4. in præfatione, num. 97. Grassis de effectibus Clericatus, effect. 1. num. 311. de quo vide alia plura per Nos hoc tractat. 1. part. cap. 10. in remedio, per totum, à num. 89. & maxime à num. 113. vers. Ex vero fundamentis. Conducunt etiam, & rectè; f quæ de effectibus rei resolutæ, & nullæ, vt redeat ad suum priorem statum, ac si nihil gestum fuerit, diximus in dist. capitul. 10. à num. 102. cum sequentibus, vers. Quare per hunc repositionem.

Quapropter cum per citationem, aut litem nullam captram f cum defuncto non facit radicata, nec præuenta iurisdictione Iudicis Delegati, vigore commissionis manu propria Sanctissimi

Sanctissimi subscriptæ, res non desinat esse integra, ita vt cum herede denuò debeat agi coram suo Iudice Ordinario competente, vt in terminis probant cum plurimis fundamentis, Grassis in tractatu de effectibus Clericatus, effect. 1. à n. 298. cum sequentibus, plures alios citauimus infra num. 33. sequitur manifestè, quòd quando per Delegatum hunc velit conueniri in prima instantia, omnino eius causa remittenda erit per Senatum hunc Supremum ad Ordinarium.

Hinc se offert tollenda dubitatio illa, f quæ sæpè contingit; An commissio iactationis manu Sanctissimi subscripta, moti (vt affollet) iactationis ratione vti vrigenti, continens clausulam (Omnesque alios) de qua superius ad principium huius capituli: debeat per Senatum retineri, & causa remitti Ordinario ad petitionem non principalis iactantis nominatim expressi; sed alterius, qui vt comprehensus sub clausula generali prædicta citatur à Iudice Delegato.

Solent patres astutissimæ, & cauillantes, maxime Curiales f Romanæ Curie ad subterfugendum Iudicium Ordinarij, illudendam, & fraudandam primam eius instantiam, necnon vigilantiam huius Supremi Senatus (maximè per teptegenis Concilij Tridentini, decreta) variis suggestionibus vti, & Sanctissimo causas aliquas (licet falsas) proponere, vt illis motus commissionis impertratas sua manu subscribat: & inter alias hæc iactatio frequentior est. Proponit igitur impertratas Sanctitati suæ, cum (contra quæ litigare intendit) se iactasse de molestia sibi facienda, ne instituit in partibus consequatur, ex l. diffamari. Cod. de ingenuis & manumissis. in cuius repetitione Zucardus, num. 1. maxime dolet f de conscientis procuratorum, præcipue Romanæ Curie nequam ac perperam ventium hoc remedio, vt plurimum affectato & ficto, vt ex hac iactationis commissionibus miserimi litigantes à suis domicilijs extrahantur. Hac etiam calumnia latè torquetur Marquesanus in tractatu de commissionibus iactationis, 3. part. cap. 2. à principio, tom. 3.

Quæ commissio iactationis tanquam à iure exorbitans, f ac parti iactanti, necnon Ordinario nimis præiudicialis restrictionem recipit ad personam dumtaxat nominatam iactantem, ita vt ad alias vltra expressam non extendatur, cum in alijs deficiat fundamentum iurisdictionis, & qualitas fundamentalis, super qua nititur & expeditur, necnon ratio finalis, quæ Sanctissimum mouit ad subscribendum, iuxta tenorem, capitul. 20. causa omnes, ibi: Vel quis ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit Summus Pontifex per speciale rescriptum signature, Sanctitatis suæ manu propria subscribendum, committere, aut auocare, &c.

Ac propterea, nec in tali commissione iactationis permittitur apponi f clausulam (Omnesque alios.) Sic in his terminis probat Marchesanus de commissionibus iactationis, 3. part. capitul. 2. §. 2. à num. 10. tom. 3. fol. 339. in hæc: Sed secus in nostra commissione, quia licet (vt præmissi) vana contra incertos concedatur; tamen contra incertas personas denegatur nostra commissio; & ratio patet, quia remedium legis nostræ diffamari, præsupponit contra certos diffama-

tes, qui in legem committunt, ob id datur (vt dixi) commissio: unde hac de causa clausula (omnesque alios) in executione præsentium nominandos, & conuocandos) in hac commissione (semper de iure venit, Cæsar Contardus latè in hac lege diffamari, ampliatione 21. num. 142. per regulam, quòd absque causa, nemo iniuri agere est cogendus, &c.

Et hoc amplius, quoniam impertratis ante omnia probare f tenetur fundamentum iactationis contra iactantem expressam, secundum Marchesanus vbi proximè capitul. 1. §. 1. à num. 24. cum sequentibus. Imò generaliter verum est, quòd quando iurisdictione fundatur ratione alicuius qualitatatis, de ea superius ad principium huius capituli: debeat per Senatum retineri, & causa remitti Ordinario ad petitionem non principalis iactantis nominatim expressi; sed alterius, qui vt comprehensus sub clausula generali prædicta citatur à Iudice Delegato.

Sicque dicit Angelus f in consil. 138. vbi omnibus, num. 1. cum sequentibus. Quod rescriptum limitatum circa certas personas, & certas qualitates non extenditur vltra, sicque rescriptum dans iurisdictionem super possessione per rapinam, non extenditur ad possessionem per fraudem. Et idem plura alia similia conducentes, firmat Paulus de Castro consil. 273. ad confirmationem, à num. 1. cum sequentibus, lib. 1. Romanus consil. 388. in casu proposito, num. 4. vbi Apostilla verbo, Comprehendit, Cardinal. Tuschus practica. conclusio. litera R. conclus. 273. à num. 6. cum sequentibus, & à num. 22. 23. & 24.

Ex quibus rectè inferitur, quòd cum commissio iactationis manu Sanctissimi subscripta non egrediatur personam iactantis specialiter nominatam, nec vltra eam alias comprehendat, etiam cum clausula generali (Omnesque alios) quia limitata causa limitatum producit effectum. Licet respectu iactantis non remittatur ad Ordinationem; tamen respectu aliorum, qui virtute clausula generalis (Omnesque alios) quæ naturæ huius commissionis directè repugnat ex mox dictis, citantur à Delegato, & conuenire tenent in prima instantia: omnino personarum ad Ordinarium causa ipsorum remittenda erit, cum in eos nullam Delegatus ex hac commissione iurisdictionem habeat, nec eorum respectu appareat nec censetur causa sua auocata à Sede Apostolica, nec contra eos commissio intelligitur subscripta, quia subscriptionis f qualitas regulari, à virtutibus, virtute, & potestate principalis, quæ contra iactantes non expressos non porrigitur, sequitur perneccesse quòd prima instantia remanserit præseruata horum Ordinatio appetens inde Senatus remissionem.

Inferitur etiam secundò, quòd cum ex Zucardo, f & Marchesano, Commissio iactationis directè Auditori Rotæ, vel alteri Iudici Romanæ Curie sit incapax huius clausulae (Omnesque alios) & ab ea omnino delectur; pariformiter nec ipse Auditor subdelegans poterit illa clausula vti in subdelegationis commissione ad partes missa; quia potestatem, quam

ipse nunquam habuit, nec recepit à Sede Apostolica, alteri date nequit, sicut nec Auditor ipse monitoriales expedire contra non comprehensos in sua commissione, quia potestas Delegati dependet & regulatur à potestate delegantis, *l. 1. & 2. Cod. de apparitor. prescrti amone. lib. 12.* plurimas & mirabiles doctrinas adduximus Nos in tractatu de Regia protectione, 4. part. capitul. 6. per totum, & præcipue à num. 25. & sequentibus.

Qui num. 30. adduximus textum in l. unica, in hæc: *In causarum delegationibus illud, & consuetissimè præcipimus obseruari, ut ita valeant, si ad iurisdictionem pertineat delegantis, quod si quis aliena iurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorum datam, patientia accommodare censemus, &c. Cod. qui pro sua iurisdictione dare, dative poss. Quare monitoriales Auditoris, & citationes earum vigore factæ à Iudicibus monitorialium in partibus, & per Senatam retinendæ, factæ ad Ordinarium cause principalis remissione in prima instantia.*

Inferat ultimo ex conclusionibus superius appositis, ad principium huius capituli, ut in 85 iis casibus, in quibus per mortem eius re integra, contra quem impetratum fuit receptum, dicimus ipso iure resolui commissionem, & expirare iurisdictionem Delegati: quod si interdum Auditor Rotæ (cui commissio remissa fuit) expedierit monitoriales ad citandum principalem expressum in scripto, iste fortè moriatur; non poterunt dictæ monitoriales exequi in eius hæredes, & multò minus, contra hæredem illius qui non venit principaliter, & nominatim expressus in commissione, sed tacite includebatur in clausula generali (Omnèsque alios) quo re integra mortuo, in eius hæredem non citi faciendæ monitorialium prædictarum executio, ut ex cap. significavit, de rescriptis, diximus superius conclusio. 1. à num. 11. & conclus. ultim. à num. 32. & sequentibus.

86 Atque etiam idem Iudex & executor virtute monitorialium nulliter manifestè procedit, postquam Auditoris subdelegantis expiraverit iurisdictione, & fuerit resoluta commissio per mortem conueniendi re integra, aut ipsius subdelegantis, quia per cessum vel decessum delegantis re integra, expirat potestas Delegati, cap. quamuis de officio Delegati in 6. capitulum eodem titulo. l. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum. Dominus Ioann. del Castillo controuersiarum lib. 2. cap. 19. per totum.

Et magis in his terminis executorem monitorialium, & ac compulsoriam in partes à Romana Curia missorum, ut à fortiori, & per necessariam consequentiam expiret eorum potestas, commissio aut iurisdictione, cessante re integra iurisdictione delegantis, & Romæ existente; Videndus erit Puteus decis. 140. lib. 3. per quem & Nos de Regia protectione 4. part. capitul. 6. num. 39. & à num. 34. Bene fundatur, & quoniam infecta primitiua, infecta censetur deriuata, atque etiam quod resoluta prima causa insecunda, & resolutio iure dantis resolutur ius accipientis ex iuribus vulgaribus & doctrinis.

Quod & fortius probatur ex doctrina Cardi-

nal. Tuschus practicarum conclusion. littera R. conclus. 213. num. 13. Vbi quod & commissio 89 impetrata contra aliquem resolutur, si ille decedat post sibi factam citationem ad certum tempus ante tamen completum terminum.

§. VNICVS.

Commissionem cum clausula (Omnèsque alios) subscriptam manu Sanctissimi obtinens, si insuper aliam non subscriptam impetret, ex qua citatur aliquem aliàs comprehensum sub clausula generali prioris, si sic citatus pro remissione ad Ordinarium in Senatu inisset, an ex priua subscripta excludi queat.

Et nunquid impetrans renuntians secundæ commissioni & citationi, possit prioris virtute nouiter citare, atque remissionem ad Ordinarium per Senatam faciendam evitare.

Et quid si in supplicatione vnus tantum nominetur aduersarius, per Cursores tamen in extentione clausula generalis sit apposita, an sub subscriptione Sanctissimi inclusa intelligatur?

S V M M A R I V M.

Commissionem habens subscriptam manu Sanctissimi cum clausula (omnèsque alios) potest tres vel quatuor, ultra nominatum, citare, num. 1.

Citans aliquem ex commissione non subscripta, an possit obtinere in Senatu ostendens aliam subscriptam, num. 2.

Potestatem duplicem si quis habet, actus à se gestus sustinetur ex valida, num. 3.

Dolo facit qui petit quod statim restitutum est ibidem.

Actum agens videtur cum agere ut utilis, & validus esset, non propter ille illicitus foret, n. 4.

Inhibitionis intimatio, & sententia, seu possessio si eodem die fiant, inhibitiō censetur posterior, ibidem.

Ex duobus factis, de quorum anterioritate non apparet, fingitur præcise qui facit actum valere, ibidem.

Potestatem duplicem habens, si se restringat ad inutilem, non sustinetur actus ex utili, & valida, num. 5.

Ordinariam, & delegatam habens iurisdictionem, si se ad alteram, & inutiliter restringat, processus non sustinetur ex valida, num. 6. & seqq.

Citatio emanata a vigore delegationis, quam Iudex non habet, non sustinetur ex potestate Ordinaria, quam simul habet, num. 7.

Procedere qui potius ex vtriusque potestate, si se restringit ad inualem, processus non sustinetur ex valida, num. 8.

Citatus indifferenter absque restrictione intelligitur citatus tanquam ipse, & tanquam tutor, n. 9.

Sententia lata ex falsa causa expressa, non sustinetur ex vera, qua aderat, num. 10. & 11.

Actus

Actus qui potest fieri uno modo licite, censetur factus eo iure, & persona, qua licite fieri potest, num. 12.

Nisi se restringat ad illicitam potestatem, numer. 13.

Agens ex vna causa, falsa tamen, & inualem, non sustinetur iudicium ex alia vera tunc existente, num. 14.

Impetrans beneficium uno, & inefficaci vacationis modo, non inuatur ex alio vero, etiam tunc existente, num. 15.

Secus si se non restringat impetrans ad vnum vacationis modum, num. 16.

Citatus ex secunda commissione subscripta obtinet in Senatu remissionem Ordinariam, etsi actor in Senatu aliam subscriptam ostendat, n. 17.

Actus gestus indifferenter sustinetur ex ea potestate valida, inualem non obstante, num. 18.

Impetrans postquam citatur ex secunda commissione, an possit illi renuntians ad priorem validam redire, num. 19. & sequentibus.

Commissioni potest impetrans renuntiare re integra, secus post executam citationem, num. 20.

Electioe semel facta, sublata est potestas iterum eligendi, num. 21.

Electio semel facta irrevocabilis, & incommutabilis redditur, num. 22.

Data facultate declarandi, aut interpretandi, expirat potestas ex prima declaratione, n. 23.

Facto magis, quam verbis voluntas declaratur, num. 24.

Commissionem impetrans, & comparens coram alio Iudice competente commissioni videtur renuntiare, num. 25.

Secunda commissio impetrata super eodem negotio, an prima videatur renuntiare, numer. 26.

Ad commissionem priorem subscripta potest impetrans redire, etsi ex secunda non subscripta citauerit aduersarium, num. 27.

Commissio non subscripta, & ex ea exetuta citatio sumi nullo ipso iure, num. 28.

Res non definit esse integra ex citatione nulla, num. 29.

Citatione nulla non obstante, potest quis commissioni renuntiare, num. 30.

Preuentio iurisdictionis non causatur ex citatione nulla, aut nulliter expedita, num. 31.

Non citare idem est, vel nulliter citare, n. 32.

Nec ex ea inferitur contumacia, num. 33.

Actus nullus preuentioem iurisdictionis non inducit, num. 34.

Comparens coram Iudice à quo, si fuit reiectus, non renuntiat sua appellationi, n. 35.

Tertius comparens liti inter alios, si non fuit admittus non videtur actus consentire, nec impeditur redire ad aliam viam sibi fauorabilem, num. 36.

Renuntiatio non acceptata non nocet, & potest renuntians panitere, num. 37.

Cap. licet de procuratoribus, lib. 6. exornatur, n. 38. & seqq.

Electus repudiatur electionem de se factam, potest ante acceptationem sua repudiationis, iterum acceptare, num. 39.

Delegatus repudiatur commissionem, potest ante repudiationis acceptationem, illam acceptare, & valide procedere, num. 40.

Ex actu impugnato nemo potest se inuare, nec fructum consequi, num. 41.

Succumbens in actu impugnato potest in eo se succumbere, num. 42.

Commissioni secunda non subscripta potest impetrans renuntiare, & si ex ea citauerit aduersarium, nulliter tamen, & ad priorem subscriptam redire, num. 43.

Per citationem nullam res non definit esse integra, ideo impetrans potest sua commissioni renuntiare, num. 44.

Electio competens ex testamento est irrevocabilis, ex contractu autem variari semel potest, num. 45.

Electio nulla non impedit variare, & iterum valide eligere, num. 46.

Comparens coram Iudice carente iurisdictione non dicitur renuntiare sua commissioni impetrata, num. 47.

Secunda commissio ad idem impetrata, & ad corroborationem prioris est nulla, & prior valida remanet, num. 48.

Rescriptum secundum super eodem impetratum si nullum est, priori valido non derogat, nec impetrans ei censetur renuntiare, num. 49.

Pri iam competenti non censetur impetrans super eo renuntiare, quando non datur incompatibilitas, num. 50.

Abundans cautela non nocet, etsi ea fuerit nulliter adhibita, num. 51.

Clausula (Omnèsque alios) addita per Cursores in extentione commissionis, qua non legitur in supplicatione subscripta per Papam, nihil operatur, num. 52.

Supscriptio non qualificat, nec approbat ea qua non legitur in supplicatione, num. 53.

Causa rationabilis ad subscribendam non con sideratur in ignotis à Papa comprehensis in clausula (Omnèsque alios) num. 54.

Nisi ipsa causa relata Papa sit vniversalis omnes complectens, ibid.



X themate huius capitul. 12. alie non contentendæ insurgunt controuersia, quas de facto & habuimus. Et circa primam videtur dicendum, eum, qui semel

impetravit commissionem cum clausula generali (Omnèsque alios) subscriptam manu Sanctissimi, ex qua licite, & iuxta formam Concilij Tridentini, capitul. 21. de reformatione, sessio. 24. potuit tres, vel quatuor vltra in ea expressum conuenire, absque Senatibus Regij impedimento, prout supra hoc cap. latius comprobauimus, si nihilominus, vel cogitans eam non sufficere contra non nominatos expressè, vel pro maiori firmitate aliam commissionem impetravit, nominando expressè alios, aliàs comprehensos sub clausula generali prioris commissionis, & virtute & secundæ aliquem ex eisdem citant, qui tamen pro remissione Ordinaria faciendâ Senatibus Regium adiicit, ex eo quod fecit citatus in prima instantia ex commissione secunda non subscripta, posse impetrantem insuper præsentata in Senatu priore commissione subscripta, dictam remissionem evitare, probari videtur ex eo quod habens ad actum duplicem potestatem, si actus gestus nequeat sustineri ex vna inutili; & sustinetur tamen ex vili & valida, ut actus validus reddatur, latè Vant us de nullitatibus sententiar. ex defectu iurisdict. Ordinar. bb 2 Menochius